



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Libri Proutisionum Beneficiorum per examen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

II. de ordinatis illegitimè.

Literarum testimonialium ordinatio-
nis expeditionem.

Facultatem & approbationem ad pri-
mam Missam.

Habeat preterea fletias processuum su-
per infra scriptis, videlicet etate, & legi
timitatis testimonio, & publicatione.

Patrimonio, vel Beneficio, aliove titu-
lo, moribus, &c.

Item dimissiarum superioris.

Item dispensationum variarum.

Item aliorum eiusmodi.

Habet hic liber Indicem nominum ordi-
natorum ordine alphabeticò pro singu-
lis ordinatiōnibus habitis, tum alijs
ratione singulorum ordinum tunc col-
latorum.

Libri Prouisionum Beneficiorum
per examen.

HAbeat Cancellarius librum proui-
sionum Parochialium, aliorumq;
Beneficiorum per examen, etiam ex li-
teris Apostolicis, qui inscribatur: Liber
Prouisionum Beneficiorum per examen.
In illo libro dietim describat quæcunq;
pertinentia ad prædictas prouisiones;
scilicet.

Vacationem beneficij: notando, unde co-
stet, scilicet ex literis Vicarij Foranei,
vel aliunde; & quo die, mense, & anno;
quo item loco, per cuius obitum, vel re-
signationem, pruinationem, aut alterius
beneficij affectionem, & huiusmo-
di: tum si quæ circumstantiae sunt, quam-
obrem illud beneficium affectionem sedi
Apostolicæ vel reseruatum sit; quique
Notarius rogatus sit de resignatione &c.
aut de apprehensione alterius beneficij,
per quam illud vacaret.

Describat item deputationem, electio-
nem ve depositari fructum durante va-

catione.

Tum deputationem Vicarij in spiritua-
libus.

Diem, & loca propositi edicti, sive iusmo-
di Beneficium sit, ut de eo proponatur

edictum; tum & prorogationem termini-
ni, si quæ sit, eius editio, ac relatio edi-
cti promulgati, seu termini prorogati.

Nomina examinatorum delectorum ab

Archiepiscopo ad examina pro illo be-
neficio.

Nomina eorum qui Dietim proponen-
tur, examinandi eo nomine; describen-
do eorum breuem statum, scilicet Co-
gnomen, habitationem, Parochiam, Ple-
bem, seu Portam, etatem, ordinem, & Be-
neficium, si quod aliud habet.

Mandatum pro informationibus sumen-
dis de illorum singulorum moribus.

Summam informationum sumptarum.

Præfinitionem termini prorogati, si fa-
cta sit prorogatio ad Beneficium.

Diem examinationis cuiusque.

Nomen eorū qui examini interfuerunt.

Suffragia lata secretò post collationem
palam inter illos factam de examinati
conditionib; approbationemque, vel
rejectionem ab examinatis factam.

Deliberationem & delectum ab Archie-
piscopo, de magis idoneo.

Expeditionem demum factam ab Ar-
chiepiscopo, seu testimonium, ut ab alijs
sit, ad quos spectat.

Notet eodem libro summatum suo loco
exhibitionem literarum Apostolicarū,

si quæ facta sit, pro collatione in forma
Dignum, ab Archiepiscopo exequenda.

Itidem de electione ac præsentatione fa-
cta ab habentibus Ius patronatus, atque
edito eo nomine proposito.

Itidem de institutione ab Archiepisco-
po, vel Inferiore etiam facta.

Notet etiam appellationem, si quam fie-
ri contingat, & Decretum rei ponsionis.

Apprehensionem item possessionis, si per
eam vacet aliquod aliud Beneficium.

Forma autem scribendi in libro, hæc
sit: Ut initio folij scribatur vacatio; de-
inde continenter successivè cetera ad
formam; & relinquatur spatiū con-
gruum, in quo omnia subsequentia de-
scribi possint, yisque ad Prouisionem in-
clusiuē.

Quod si ante prouisionem huiusmodi va-
centalia, nihil interponatur; sed in singu-
lis Beneficiis describantur, quæ opor-
tet continuare ad formam praescriptam.

Habet hic liber Indicem duplicem al-
phabeticum scilicet, tum nominum Be-
neficiorum, ad quæ quisque examinatus

est, tum nominum examinatorum, sive
approbat, sive rejecti sit.

Hoc

Hoc præterea animaduertat Cancellarius, ut nihilominus scribantur in dia-
rio communii Cancelleriarum omnia eius-
modi acta; scilicet Publicatio edicti, mā-
datum, informatio, literarum Apolloli-
carum exhibitio, electio, præsentatio &
eiusmodi; tum etiam seruet in filicia in-
formaciones, edicta, literas Apolloli-
cas, & alia eiusmodi.

Libri Concionatorum, & professorum
Sacrae Scripturæ, & item con-
fessorum.

HAbeat librum Concionatorum, &
Professorum Sacrae Scripturæ, per
ordinem Religionam, præmissis tamen
Sacerdotibus secularibus; in quo deseri-
bat nomina Concionatorum vsq; ad di-
uidium paginæ, & simul adnotet vii-
cuique nomen, an admissus per examen,
vel sine; an generaliter in tota Diœcesi,
& perpetuo, vel ad certum locum, vel te-
pus; an petierit beneficitionem pro con-
cionibus habendis in ecclesijs sui ordi-
nis; an vero etiam data facultas pro ec-
clesijs secularibus: è regione vero in al-
tera parte pagina adnotet, an bene se-
gesserit; an defecerit, & in quo &c. vt in
subiecto exemplo.

Frater Alexius de Mantua, approbatus
sine examine, ex testimonio per literas
Vicarij Foranei, vel præfecti datas N.
Iunij N. 1578. vel per examen coram Re-
ver. N. cui examini interfuerunt RR. N.
N. Petij benedictionem, vel accepit fa-
cilitatem concionandi in tota Diœcesi,
vel sigillatim in loco, &c. & ecclesia S.
N. &c. per proximam quadragesimam
vel sine vlla expressione indefinite, vvis
testimonialibus literis ad hoc munus à
R. D. Provinciali ordinis datis die &c.
mensis &c. anno &c. Non satisfecit ob
imperitiam, vel parum cōuertendo, vel
cum secularibus nimis conuersando, vt
constat testimonio Vicarij Foranei lite-
ris datis die, &c.

In eodem libro describat etiam repro-
bator, notatis nominibus Prefecti &
examinatorum qui interfuerunt, & cau-
sus reprobationis.

Habebat librum Confessorum simi-
larem superiori in omnibus, simulq; om-

nia supradicta in iis que contenerit pos-
sunt in materia confessorum.

Libri pertinentes ad Congregationes,

HAbeat librum actorum congrega-
tionis penitentiarum.

Librum item aliud, in quo hæc sint.

Instructio Pœnitentiaria.

Vniones quæcunque huic officio factæ.

Inuentarium bonorum præbendæ pœni-
tentiarum.

Priuilegia & Declarationes ad officiū
pœnitentiarij pertinentes.

Constitutiones, & regulæ officiij.

Collatio officiij extensa singulis peni-
tiarij.

Facultates singulis annis date ab At-
chiepiscopo ipsi pœnitentiario.

Habebat item Indicem nominum Depa-
titorum Congregationis penitentiarum.

Indicem Confessorum probatorum
Vrbis & Diœcesis.

Indicem eorum, qui adsunt vere.

Filiciam literarum à Diœcesi scriptarū.

Registrum literarum ab eo scriptarū,
ratione facultatis casuum, vel consulta-
tionis.

Fileiam dubiorum proponendorum.

In ijs autem caueat ne nomina consu-
lentium Pœnitentiarij congregationis
exprimantur; etiam si ipsi metu consulen-
tes ea propalauerint, nisi quando faci-
erit prorsus notorium & manifestum.

Habebat librum aliud, in quo hæc sint.

Fundatio Mensæ Pœnitentiarij mi-
noris.

Bona & iura Pœnitentiarij mino-
rum.

Regulæ Congregationis minorum Pœ-
nitentiarij.

Tabellæ dierum quibus assistere debet.

Habebat item Indicem Pœnitentiarij.

Canones Pœnitentiariales.

Tabellam casuum reseruatorum.

Tabellas varias ad officium Pœnitenti-
riorum spectantes.

Indicem casuum variorum.

Tabellam notæ absentium, presentium.

Fileiam proponendorum.

Habebat denique librum actorum con-
gregationis.

Habebat